



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 14. Britannæ consensus in matrimonium cum Galliarum Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Aurelianensi Duce & Montalbano Can- Sæcul. XV.
cellario, qui plurimum apud eam gratia A.C. 1491.
valebat; hi enim tantum ab illa impe-
trarunt, ut primo allegatum, ne datam
fidem violaret, timorem Gallicæ Regi-
næ honori postponere haud dubitaret,
nec tamen, absque prævio Senatus sui
placito, ullatenus disertis verbis nuptias
polliceri voluit.

§. XIV.

*Britannæ consensus in matrimonium
cum Galliarum Rege.*

Postmodum Carolus rebus suis provide
intentus exercitum suum sub Duce
Trimollio propius Rhedonensi urbi admo-
vit, aliud vero agmen, cui Sanandrea-
nus præerat, unico duntaxat lapide ab
eadem civitate castra ponere iussit. Igi-
tur Britannæ Ducissa, cum hinc armis
cineta, illinc durissimæ obsidionis metu
perculsa, nec copias ad resistendum ha-
beret, & de fide subditorum, utpote
hisce nuptiis faventium, dubitaret, ac
insuper eos ipsos, quos sibi fideliores cre-
debat, connubii suasores experiretur,
imo per ipsum Aureliæ Ducem, omnem
ditionum suarum salutem ex hoc solo nu-
ptiali pacto pendere intelligeret, necnon
omnes Ducissæ Senatores Dunensis Co-
mitis & Rivenarum Marescalli argumen-
tis

Sæcul. XV.
A.C. 1491.

tis devicti in Galliarum Regis sententiam propenderent, tandem & ipsa cunctis hisce rationibus expugnata, Carolo VIII. nubere decrevit.

§. XV.

Nuptialia pacta.

Demum post longam hujus Provinciæ Ordinum deliberationem ultro citroque habitam, nuptiarum pacta die sexta Decembris (*) in castro de Langeis in Turonia conficiebantur, quæ nisi prius rata fuissent habita, nunquam Britones has nuptias contrahi permisissent; hinc reipsa octo saltem, ni fallimur, diebus antequam connubium celebraretur, erecti sunt nuptiales articuli, quorum præcipui erant. I. Si Anna Britannæ Ducissa ante Regem decederet absque liberis, Britannia nihilominus in potestate Regis permaneret, tanquam pars regno dotali jure unita. II. Si vero Rex prior moreretur itidem absque liberis, Annæ

Com. tom. 5. edit. 1723. p. 454. & 463.

omne jus in Britannæ Ducatum salvum reliqueretur, ea tamen lege, ut ipsa non posset alteri nubere, quam futuro regni Successori, aut Hæredi proximo, si

(*) P. Daniel assignat decimam tertiam. Mezerajus vero decimam sextam Decembris diem.